

The Electronic Manipulus florum  
www.manipulusflorum.com

Ornatus ad  
cum fonte primo

Omnium istarum pulcritudinem  
contempnes si exspoliaueris. Equum  
empturus solui iubes stratum, detrahis  
uestimenta uenalibus ne qua uicia  
corporis lateant.

Ornamenta ipsa eumentibus suspecta sunt,  
siue  
crus siue brachium aspiceres alligatum,  
nudari iuberis et  
ipsum corpus ostendi.

Mulierem inuolutam estimas

si uis illam estimare totumque scire  
qualis sit fasciam solue; multum mali  
sub illa latet.

Seneca LXXXI. epistola.

Idem de istis licet omnibus dicas quos  
supra capita hominum supraque turbam  
delicatos lectica suspendit:  
omnium istorum personata felicitas est.  
Contempnes illos si despoliaueris. Equum  
empturus solui iubes stratum, detrahis  
uestimenta uenalibus ne qua uicia  
corporis lateant: hominem involutum  
aestimas? Mangones quidquid est quod  
displiceat, id aliquo lenocinio  
abscondunt, itaque  
ementibus ornamenta ipsa suspecta sunt:  
sive  
crus alligatum siue brachium aspiceres,  
nudari iuberis et  
ipsum tibi corpus ostendi.

[non inuentus in operibus Senecae]

Vides illum Scythiae Sarmatiaeue regem  
insigni capitis decorum?  
Si vis illum aestimare totumque scire  
qualis sit, fasciam solve: multum mali  
sub illa latet.

Lucius Annaeus Seneca, *Ad Lucilium*  
*epistulae morales*, 80, 8-10 (L. Reynolds  
ed., vol.1, pp.262-3, ll.18-26, 1-3).